

1-1-1668

Constitutions Comparison: 1668, 1670

Recommended Citation

"Constitutions Comparison: 1668, 1670" (1668). *Constitutions and Rules*. Paper 9.
http://via.library.depaul.edu/cm_construles/9

This Article is brought to you for free and open access by the Official Documents at Via Sapientiae. It has been accepted for inclusion in *Constitutions and Rules* by an authorized administrator of Via Sapientiae. For more information, please contact mbernal2@depaul.edu.

Comparison Constitutiones 1668, Constitutiones selectae 1670.

The closing section of the *Constitutiones selectae* concerns their approval: “Constitutiones revisas, ac emendatas, et ad formam redactas, ut supra, Congregatio Praelatorum deputata censuit, posse confirmari cum illarum insertione, si Sanctissimo placuerit; Et facta relatione S. Sanctitas annuit die 25 aug. 1669.”

In other words, the Constitutions of 1668 had been revised, emended and edited for form. Some materials were added, some eliminated. What was not defined here was in which way the two versions of the constitutions interacted, such as which had precedence.

I.

The Congregation submitted an initial version, taken from the *Constitutiones* of 1668, and the Prelates worked on this version. This is reflected in the report distributed by Almérás in 1669, which refers to the initial draft, which has not yet come to light. In addition, some of the texts of the *Constitutiones* of 1668 are not known, only the revised version of the *Constitutiones selectae*. Instead, we have the report as follows, taken from a manuscript version in ACM Paris, pp. 18-19:

Mutationes circa supra scriptas constitutiones factae à Praelatis quibus SS N. P. earum remissionem mandavit

[1669]

§ 3 : Mutata sunt haec verba (*Illius erit domos omnes et personas Congregationis regere*) et eorum scriptum est (*Illius erit toti Congregationi praesse*). Ibidem paulo post pro his verbis (*nec non cum sibi visum facerit destituere*) ibidem haec verba (*quibus omnis eas impertretur facultas quas impertiendas iudicaverit*). Mutata sunt in haec sequentia (*Quibus omnibus eas impertietur facultas quae in Regulis particularibus cujusque officii continentur, quas tamen facultas augere vel minuere poterit cum ita expedire in Domino iudicaverit*).

§ 5 : Ordo verborum mutatus est hoc modo (*Licet jus plenum decernendi et statuendi quae ad Congregationis progressum felixque regimen conducere videbuntur, apud conventum g[e]n[era]lem resideat concurrente majori suffragiorum parte : poterit tamen quoque superior generalis ordinationes et statuta condere modo decretis conventuum generalium non repugnent, quae abrogare vel immutare nullatenus poterit, nisi de consensu generalis conventus ; modo etiam licita sint et honesta nec sacris canonibus adversantia aut contraria Constitutionibus apostolicis, bullis seu brevibus summorum Pontificum quibus praetatae Congregationis Institutum constitutiones, regulae, et munia declarantur aut confirmantur, nec speciatim his articulis quos vel leviter immutare nec superiori, nec conventui generali licebit ; ordinationes autem et status hujusmodi a superiore generali edita observanda erunt donec conventus generalis aliud decreverit penes quem est potestas vim illis detrahendi aut etiam addendi ut imposterum obligent.*)

§ 6 : Haec verba (*absque magno illius damno*) mutata sunt in haec clariora (*absque magno praedicta Congregationis damno.*)

§ 7 : Post haec verba (*Licebit ei quoslibet contractus inire*), addita sunt sequentia (*servatis de jure servandis*).

§ 13 : Ordo duntaxat mutatus est hoc modo (*Praeter praedictum casum electionis conventus generalis celebrabitur in casibus sequentibus. Primo singulis duodecim annis post ultimum Conventum generalem. Secundo. Quotiescumque superior generalis &.*)

§ 17 : Infra medium haec verba (*Eidem paene subjacebit qui non detulerit aliqui ex quinque iudicibus de numero electorum in causa ambitus deputatis, quem in aliquo ex praefatis casibus deliquisse sciverit*) omnino deleta sunt.

§ 18 : Circa medium haec verba (*Et cum eis dispensabit super irregularitate quavis*) et paulo infra (*et dispensationis*) similiter deleta.

II.

The texts of the *Constitutiones* of 1668 are in black; and those of the *Constitutiones selectae* 1670 are in blue. The order follows the *Constitutiones selectae*.

Ch. I, § 2: Ad bonum regimen totius Congregationis permagni interest ut Superior Generalis sit in suo officio perpetuum, et omnimodam Superioritatem habeat in totam Congregationem, non quidem in Conventum generalem, quippè qui ipso Superiore Generali Superior est, sed in singulas Domos, res et personas Congregationis; idcirco perpetuus erit, praefatamque Superioritatem et auctoritatem exercebit, cum limitationibus tamen et conditionibus quæ in hoc et sequenti capite habentur.

1° Superior Generalis Congregationis Missionis erit in officio perpetuus et omnimodam in totam Congregationem, id est in singulas domos, res et personas Superioritatem atque auctoritatem habebit, eo modo temperatam qui infra declaratur.

+++

Ch. II, § 2: Conventus Generalis dabit Superiori Generali assistentes quatuor, Congregationis ac boni communis amatores, et maximè fideles, ac prudentes, cum quibus ipse de rebus gravioribus tractabit, facultate tamen statuendi apud ipsum remanente, exceptis casibus alibi expressis. Ipsi assistentes in eadem qua ipse Generalis Domo residedebunt illumque in omnibus ad doctrinam et praxim pertinentibus juvabunt.

2° Tres vel quatuor Assistentes illi adjunget Conventus Generalis, atque Admonitorem dabit, omnes pluribus media parte suffragiis eligendos, quorum officium usque ad electionem alterius Superioris Generalis durabit ; Assistentium autem pares erunt Generalem ipsum opera et consilio juvare in regimine Congregationis, ita tamen ut facultas discernendi quae agenda fuerint, sit penes ipsum Superiorem Generalem, exceptis casibus infra exprimendis.

+++

Ch. I, § II, 2° Ad eum pertinebit omnium Congregationis Domorum, personarum ac officialium gubernatio, ipsorumque, exceptis suis assistentibus et suo pariter admonitore, institutio ac destitutio; necnon jus eos obligandi ad rationem de sua administratione reddendam.

Ch. I, § IV, 2° Poterit, cùm opus fuerit, uti operâ commissariorum, qui tamen non erunt officiales ordinarii;

3° Illius erit toti Congregationi praeesse, Visitatores et praefatae Congregationis tam Secretarium quam Procuratorem, Superiores Domorum caeterosque officiales ordinarios, Assistentibus suis et admonitore exceptis, commissarios etiam qui ordinarii officiales non sint instituere, nec non rationabili de causa sibi bene visa destituere, quibus omnibus eas impertietur facultates quae in Regulis particularibus cujusque officii continentur : Quas tamen facultates augere vel minuere, potest, cum ita in Domino expedire judicaverit, *ipsi vero ad reddendam ei suae administrationis rationem tenebuntur.*

[The last phrase, in italics, was added between the submission of the text and its final approval and publication in 1670.]

+++

Ch. XII, § II: Conventui praesidebit superior generalis, et in eo habebit duo suffragia atque praerogativam in paritate suffragiorum non secretorum.

4° Ex quo fuerit a Conventu Generali electus jus habebit, tum in ipso Conventu, tum in aliis quibuscumque, duo ferendi suffragia sive secreta illa fuerint, sive non secreta, atque praerogativam in paritate suffragiorum non secretorum ; si quid tamen ab ipso et à quibusdam a Conventu deputatus suffragiorum non secretorum via definiendum erit, unico tantum cum praerogativa in paritate gaudebit. In electione quoque duorum Assistentium et quatuor Deputatorum ad seligenda proposita unicum habebit suffragium, sed sine praerogativa.

+++

[Missing]

5° Licet jus plenum decernendi et statuendi quae ad Congregationis progressum felixque regimen conducere videbuntur apud Conventum Generalem resideat concurrente majori suffragiorum parte : poterit tamen quoque Superior Generalis ordinationes et statuta condere, modo Decretis Conventuum Generalium non repugnent, quae abrogare vel immutare nullatenus poterit, nisi de consensu Generalis Conventus, modo etiam licita sint et honesta nec Sacris Canonibus adversantia, aut contraria Constitutionibus Apostolicis, Bullis seu Brevibus Summorum Pontificum quibus praefatae Congregationis Institutum, Constitutiones, Regulae et munia declarantur, aut confirmantur, nec speciatim his

articulis quos vel leviter immutare nec Superiori nec Conventui Generali licebit. Ordinationes autem et statuta hujusmodi a Superiore Generali edita observanda erunt, donec Conventus Generalis aliud decreverit, penes quem est potestas vim illis detrahendi aut etiam addendi ut in posterum obligent.

+++

Ch. I, § 2, 1° Per se vel per alios, in quibuslibet Congregationis Domibus eos admittere poterit, quos ipse idoneos aestimaverit; et non idoneos sed indignos etiã post vota emissa cùm ita expedire sibi in Domino visum fuerit, habita ratione communis boni, dimittere et à Congregatione amovere; si retineri sine magno illius damno vel divini obsequii detrimento non posse tã ipse quã ejus assistentes ad plura suffragia judicaverint, itã tamen ut ipse unicum quidem suffragium habeat, sed prãrogativam in paritate.

6° Idem Superior Generalis in Congregationem admittere poterit quos idoneos existimaverit, et indignos post emissa vota dimittere, si retinent non posse absque magno prãdictae Congregationis damno ipse et ejus Assistentes ad plura suffragia judicaverint, ita tamen ut ipsi competat unicum suffragium cum prãrogativa in paritate.

+++

Ch. I, § III: Illius pariter erit, 1° per se vel per alios inire contractus quoslibet venditionis, emptionis et permutationis, necnon accipiendi pecunias cum pacto redditum annuum solvendi ac facultate ipsum redimendi ; in rebus tamen maximi momenti de consensu suorum assistentium, nimirum ad plura suffragia cum sua ipsius prãrogativa in paritate ut suprã.

7° Licebit ei quoslibet Contractus, servatis de jure alias servandis, inire; in rebus tamen maximi momenti de consensu suorum Assistentium ad plura nimirum suffragia cum sua ipsius prãrogativa in paritate.

+++

Ch. I, § III: Quoad alienationem verò, aut abolitionem domorum, id facere non poterit, nisi de consensu Conventûs generalis, servatis de jure servandis. Quòd si dissolvendi aliquam Domum necessitas planè cogat, itã ut non possit neque ad Conventum Generalem differri ; tunc re decernetur judicio ipsius Superioris Generalis eum approbatione assistentium, visitorum qui sunt in [Vide Notam Cap. XII, §. 2.] Europã, secretarii Congregationis et Procuratoris similiter Congregationis aut saltem majoris partis ipsorum.

8° Admittere poterit de consensu Ordinarii foundationes et Domos non tamen eas alienare, abolere, aut alio transferre nisi de consensu Conventus Generalis, servatis semper de jure servandis. Quod si dissolvendi aliquam Domum aut foundationem deserendi necessitas tanta urgeat, ut Conventus Generalis expectari non possit, tunc res decernetur judicio

ipsius Generalis, Assistantium, Visitorum qui fuerint in Europa, Secretarii etiam Congregationis et Procuratoris, aut saltem majoris ipsorum partis, servatis ut supra de Jure servandis.

+++

Ch. II, § I, 4° Quoad dignitates ecclesiasticas quas acceptare non poterit absque consensu Conventûs Generalis.

9° Dignitates Ecclesiasticas absque consensu Conventus Generalis acceptare non poterit, nisi summus Pontifex id in virtute sanctae oboedientiae praecipiat.

+++

Ch. I, § V, 5° Penes illum erit facultas Conventum Generalem in rebus quammaximi momenti convocandi, injungendi Visitoribus ut suas Provincias convocent, dirigendi ipsum Conventum Generalem, et Congregatos dimittendi cum consensu tamen ipsius Conventus.

10° Penes illum erit facultas Conventum Generalem convocandi, ipsum dirigendi et Congregatos de consensu tamen ipsius Conventus dimittendi.

+++

Ch. II, § I, 5° Quoad juvamen in regimine totius Congregationis si in rebus non parvi momenti ita languidus et negligens, vel etiam inutilis ad gubernationem Congregationis evaderet, ut damnum notabile Congregationis inferret ; in quo casu Congregatio daret illi Vicarium Generalem, ut dicitur infra. 6° Quoad depositionem, si videlicet gravissimum aliquod peccatum externum committeret, praesertim si in peccatum luxuriæ per copulam carnalem laberetur ; aut si quem occideret, vel graviter vulneraret, aut si bona alicujus Domûs sibi ut propria attribueret, vel dissiparet, vel donaret, aut si doctrinam pravam haberet, qui casus sperantur nunquam eventuri in his casibus, si res fuerit sufficienter testata, Congregatio illum deponet, quin etiã, si res postularet, extrã se dimittet, ut inferiùs dicitur.

11° Porro Conventus Generalis ob causas quascumque congregatus, Superiori Generali superior erit; praetereaque Congregatio in eundem auctoritatem potestatemque habebit, in duobus potissimum casibus, nempe si inutilis foret ad gubernationem, vel gravissimum aliquod peccatum externum committeret; primo enim casu, Congregationis erit substituere illi Vicarium Generalem, si ipse eum nominare non posset aut nollet; secundo vero casu qui tamen speratur non eventurus, potest eadem Congregatio eum deponere; quod quidem ultimum ut legitime fiat, suffragia duas tertias partes excedere debent ; ut vero substituatur illi Vicarius, satis erit si major pars Congregatorum in id consenserit.

+++

Ch. IV, § I: Vicarii generalis est conventum generalem ad superioris generalis electionem in locum demortui convocare, eidemque electioni praesidere, et interim universam Congregationem jure et modo in hoc capite quarto contentis, gubernare.

§ III: Debet etiã conventum generalem ad electionem superior generalis, diem locumque, consultis assistentibus, designando convocare quãprimum poterit, habitã scilicet ratione majoris vel minoris dilatationis Congregationis, itã tamen ut non possit excedere spatium quinque vel sex mensium, quocumque modo Congregatio fuerit dilatata, nisi gravis necessitas, arbitrio ipsius vicarii et assistentium ad plura medietate suffragia, dilationem aliquam exigeret.

12° Defuncto autem Superiore Generali, ejus erit quem ipse in Vicarium Generalem nominaverit, vel primi Assistentis, si Vicarius nominatus non fuerit, aut officio suo fungi non possit, Congregationem regere usque ad electionem novi Superioris Generalis; denique pro ejusdem electione Conventum Generalem intra sex menses, nisi gravis necessitas dilationem aliquam exigeret, convocare, eidem praesidere donec Superior Generalis fuerit electus.

+++

Ch. XII, § I: Conventum generalem convocabit praesertim in quatuor casibus. 1° Si aliquid acciderit quod ipse generalis judicet esse maximi momenti et non parũ urgere, nec posse benè tractari, nisi in conventu generali. 2° Si assistentes cum visitoribus qui sunt in Europa, inter se ad plura suffragia judicarent necessariò habendum esse conventum generalem, tunc debet superior generalis eum convocare. 3° Quotiescumque ipsemet generalis cum assistentibus ac deputatis qui sexto anno post ultimum conventum generalem ad superiorem generalem à singulis Europæ provinciis [Vide notam, p. 117] mittuntur, habendum esse conventum generalem pluribus suffragiis deliberaverint. 4° Saltem singulis duodecim annis post ultimum conventum generalem. In primo ex his quatuor casibus convocatio conventus generalis pendet praecipuè ex judicio ipsius superioris generalis, sed non itã in tribus aliis in quibus debet ipse necessariò eum convocare. Ejusdem est tempus conveniens et locum aptum ad conveniendum praescribere.

13° Praeter praedictum casum electionis, Conventus Generalis celebrabitur in casibus sequentibus: 1° Singulis duodecim annis post ultimum Conventum Generalem. 2° Quotiescumque Superior Generalis ipsum ob res magni momenti indicendum judicaverit. 3° Si assistentes cum Visitoribus qui sunt in Europa ipsum esse necessario cogendum ad plura suffragia censuerint in causa depositionis ut supra. 4° Si ipsemet Generalis, ejus Assistentes, Congregationisque Secretarius et Procurator cum Deputatis qui sexto anno post ultimum Conventum Generalem a Singulis Europae Provinciis mittuntur, ipsum cogendum esse pluribus suffragiis decreverint.

+++

Ch. XII, § II: Conventui generali intererunt assistentes generalis, secretarius necnon procurator Congregationis, et tres ex singulis Europæ provinciis nimirum visitorator cum duobus aliis ejusdem provinciæ sacerdotibus ad plura suffragia secreta in conventu provinciali electis qui post vota emissa in Congregatione, sexennium ut minimum exegerint.

14° Ob quamcumque vero causam celebretur, intererunt ei, et jus suffragii habebunt Superior Generalis, nisi forte de ipsius depositione ageretur, sive Vicarius itidem Generalis, Assistentes, Visitatores seu eorum loco Vice-Visitatores Congregationis tam Secretarius quam Procurator, et duo sacerdotes ex singulis Provinciis, quos legitime a Conventibus Provincialibus pluribus suffragiis electos esse constabit, si tamen Conventus habeatur pro eligendo Superiore Generali, prædicti Secretarius et Procurator Congregationis intererunt ei tantum post peractam dicti Superioris Generalis electionem, nisi alio titulo ei interesse debeant.

+++

Ch. VI, § VII: Cùm deputati receperint quæ proposita fuerint circa statum Congregationis quoad regulas, constitutiones, pia ejus exercitia, atque laudabiles usus seu consuetudines, ea cum secretario conventus legent et seligent; ità ut quæ ad eandem rem spectant simul ponantur, sicque redacta ad aliquem ordinem, suo loco, ac tempore opportuno legantur, et conventui proponantur post generalis electionem, si tamen aliqua ex iis quæ proposita fuerint deputatis, ad ipsam electionem pertineant, tunc ipsi deputati de iis cum vicario et assistentibus conferent, et cum iisdem videbunt judicabuntque an ea sint tanti moment, ut debeant ad conventum Gen^{lem} deferri.

15° Non proponentur Conventui Generali nisi ea quæ vel Superior Generalis proponere voluerit, vel proponenda censuerint ad plura suffragia ipse scilicet Superior Generalis, duo ejusdem Assistentes, et quatuor de numero Congregatorum ad plura suffragia electi.

+++

Ch. VII, § X: Quoniam autem evenire potest, ut in primo scrutinio nullus plusquam mediam partem suffragiorum sortiatur; in hoc casu tentandum erit secundum scrutinium eodem pacto quo factum fuit primum; sed in eo nullus eligi poterit, nisi sit ex eis qui in primo sortiti fuerint suffragia aliqua; si verò neque in secundo electus esset generalis, poterit tertium pari modo tentari scrutinium, imò et quartum atque etiam quintum, si ità expedire visum fuerit conventui. Quibus scrutiniis frustrâ tentatis, si electores omnes convenerint referendum esse totum electionis negotium compromissariis, tunc quinque, denidè si opus fuerit, plures, modò omnes sint numero impares, ad plura medietate suffragia secreta eligentur in compromissarios, ex numero scilicet congregatorum, qui non habuerint suffragia passiva ad generalatum, vel si habuerint aliqua, fuerint ità pauca, ut non pertigerint ad quatuor suffragia.

Ch. I, § I, 10° Deniquè sit unus è sacerdotibus qui saltem duodecim annis completis post emissa vota in Congregatione vixerint; quæ ultima conditio necessaria est ad electionis validitatem.

16° Procedetur per suffragia secreta ad electionem Superioris Generalis quae mediam partem necessario excedent, ut valide electus habeatur; quod si post quinque scrutinia electio facta non fuerit, totum illud negotium, si duae saltem tertiae partes electorum in id consenserint referendum erit ad quinque compromissarios, deinde vero si opus fuerit, etiam ad plures modo omnes sint de Congregatis et numero impares praedicti autem compromissarii eligendi erunt ad plura media parte suffragia secreta, et ipso quoque Superiorem Generalem eligent ad plura medietate similiter suffragia itidem secreta, ex iis tamen qui saltem quatuor suffragia in ultimo Scrutinio habuerint. Porro tam compromissarii quam caeteri electores antequam suum suffragium dent pro eligendo Superiore Generali, juramentum praestabunt de digniore eligendo, nec eligere poterunt nisi unum ex numero sacerdotum qui duodecim, ut minimum, annis completis post emissa vota in Congregatione vixerint.

+++

Ch. VI, § V: Prætereà denunciabit quemlibet teneri in virtute obedientiae quamprimùm deferre vicario, aut alicui ex quatuor electoribus ratione ingressûs in Congregationem antiquioribus, si sciat aliquem esse qui ab obitu Sup^{ris} Gen^{lis} usquè ad electionem, pro se aut pro alio affectaverit vel ambierit, aut adhuc affectet vel ambiat generalatum, ut de hujusmodi affectatione aut ambitu fiat inquisitio, et post sufficientem probationem puniatur reus pro gravitate culpæ. Insuper pronunciabit excommunicationi latae sententiæ subiacere quemlibet ex nostris qui à præfato obitu Gen^{lis} egerit cum aliquo externo, aut tractaverit eo fine, ut sive sui sive alterius promotionem ad generalatum; sive alterius ab eodem generalatu exclusionem procuret, aut quocumque modo electionis libertatem impediatur aut pertubet, vel aliquem ex nostris ad suam ipsius electionem ambitiosè sollicitando generalatum affectaverit, vel qui ad ambientis inductionem pro illius electione quempiam ex nostris sollicitaverit.

17° Ut in re tanti momenti omnis ambitus tollatur occasio, excommunicationis latae sententiæ paenam incurret quivis ex Nostris qui ab obitu Superioris Generalis cum aliquo externo egerit eo fine, ut sive sui sive alterius promotionem ad Generalatum, aut ab eo alterius exclusionem procuret, vel quocumque modo electionis libertatem impediatur aut perturbet; item qui aliquem ex Nostris ad suam ipsius electionem ambitiosè sollicitando Generalatum affectaverit, vel qui ad ambientis inductionem pro ejusdem electione quempiam ex Nostris sollicitaverit.

+++

[Missing]

18° Immediate vero ante electionem Vicarius Generalis congregatos absolvet in quantum opus fuerit ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis et interdicti et a quibusvis aliis sententiis, censuris et poenis ad effectum legitimae electionis duntaxat; statimque ipso Vicarius idem absolutionis beneficium et ad eundem effectum a Congregatorum antiquissimo ratione receptionis in Congregationem percipiet.

+++

Ch. VII, § XIII: Post legitimam promulgationem electionis superioris generalis, factæ ad plura medietate suffragia, sivè omnium electorum sivè compromissariorum tantùm, nulli fas erit suffragium suum revocare, aut novam electionem tentare, aut contrà hujusmodi electionem protestari;

19° Post legitimam promulgationem electionis Superioris Generalis factæ, vel ab omnibus electoribus, vel a Compromissariis ut supra, omnes acquiescere tenebuntur, nec ulli fas erit suffragium suum revocare, aut novam electionem tentare, aut contra ejusmodi electionem quocumque pretestu protestam.

+++

Sed quoniàm contingere potest, ut superior generalis recèns electus, è vivis decedat ipso tempore conventûs generalis, vel statim post ipsius dissolutionem, cùm scilicet electores nondùm ab urbe in qua fuit facta electio, discesserint, vel certè postquàm eorum aliqui tantùm ab ea profecti fuerint, in his tribus casibus qui non possunt nisi rarissimè contingere, observanda erunt ea quæ sequuntur, ut quamprimùm fieri poterit, alius superior generalis eligatur ab iisdem, qui ultimum generalem jamjà defunctum elegerint. Quoties enim conventus generalis ad electionem superior generalis indicitur et convocatur, electi à conventu provinciali censendi sunt electi ad alterius superioris generalis electionem, si, eo tempore, vel paulò post suâ electionem moriatur recens electus.

20° Quandocumque tandem habeatur Conventus Generalis, si contingat eo quavis de causa indicto, vel jam coacto, vel statim post ipsum dissolutum Superiorem Generalem, vel aliquem ex ejus Assistentibus, vel ipsius Admonitorem e vivis decedere, vel si accedat Superiorem Generalem in eo statu esse qui Vicarium exigat ; in iis casibus electi a Singulis Provinciis pro Conventu Generali jus habebunt absque nova convocatione, vel deputatione Conventuum Provincialium eligendi novum Superiorem Generalem, vel Vicarium, vel Assistentem, vel Admonitorem. Idem jus habebunt pro sola electione Superioris Generalis, etiam post aliquorum discessum, si facile et intra breve tempus revocari possint.

[John Rybolt, C.M., June 2007, October 2008]